



Universitätsbibliothek Paderborn

Vitae Sanctorvm

Lippeloo, Zacharias

Coloniae Agrippinæ, 1603

Vita S. Lvlli Archiepiscopi Moguntini: vt habetur in brevuiario Moguntino:
Migravit è corpore anno Domini 787 cùm sedisset annos 32.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42787

instillauit, tertia die febre correptus, quarto
demum decimo die, expletis nonaginta quin-
que etatis sue annis, ex vita huius ergastulo
migravit; bonorum operum in vita plenus, &
multis magnisque miraculis post mortem cla-
rus: Sacrum corpus eius, cum ut ibidem sepe
liretur loco moueri non posset, fuit duobus
indomitibus equis impositum, atque ab eis mira-
biliter ex Castro recto itinere ad Cellam in e-
remum delatum: ibidemque competenti ho-
nore terra mandatum.

VITA S. LVLLI ARCHIEPISCOPI

*Tesse C. Ba-
ron. in Not.
ad Martyr.
Roman.
Vide &c To-
mo 9. Annal.
16. Octob.
Paria eius.*

*Moguntini: ut habetur in breuiario Moguntino:
Migravit è corpore anno Domini 787, cùm sis-
disset annos 32.*

LVLLVS apud Anglo-saxonem in Britan-
nia natus, à primis annis Christum cum
literis imbibit. Nam adhuc septennis cu-
iusdam monasterij patribus commendatus, ni-
hil omisit, quod ad promerendam Dei gratiam
pertinere posset. Corpus, cùm adoleuisset, assi-
dua edomans abstinentia, spiritui subiectebat
in sanctarum verbis scripturarum meditatione,
tanta diligentia versabatur, ut omnes in admir-
ationem sui coniceret. Fama autem eo tempo-
re per Britanniam crebrescente, de rebus fel-
citer gestis Bonifacij Moguntinę urbis Archie-
piscopi, cui Lullus sanguine iunctus erat, iisque
in locis messem quidem uberrimam, at opera
riorum maximam esse penuriam: coepit an-
imo voluere quomodo tam sancta & necessaria
functione occupato opem ferre posset. Ita
iam Diaconatus gradum adeptus, ex superio-

rum

rum suorum voluntate iter ad Bonifacium suscepit.

Sic longo terra marique emenso itinere, Germaniam adiit; cuius aduentu Bonifacius ^{Venit Moguntiam ad S.} mirificè est recreatus. Qui cùm sanctissimæ ipsius conuersationis, affluentis doctrinæ, flagratisque in Deum animi certiora experimenta coepisset, inuitum ad sacerdotij dignitatem ^{Fit Sacerdos.} prouexit, & lateri suo semper adhædere voluit. Postquam autem diu prædicationi sedulò incubuissest, multisque alijs grauibus negocijs obeundis fidem & industriam suam probasset: Bonifacius iam in Frisiā iterus, ipsum præ- ^{Succedit Bonifacio in e-} sente Pipino Rege, successorem sibi in Mo- guntina sede constituit. Quam ille prouin- ciam in decrepitam usque extatam, docendo, monendo, arguendo, sanctè & prudenter, tanquam boni patris haud degener filius, administrauit.

Tandem per spiritum cognoscens dormitionis suæ instare diem, vocato coepiscopo suo Alboino, viro valde religioso, iniunxit, ut sa- cris prius celebratis mysterijs, se ad Heresfel- dense monasterium præcederet. Ille finè mora- ^{En mirabile exitum Alboini coepisci viri san- ti.} sacrum perficiens, etsi toto corpore incolmis- videretur & sanus, cùm sacramentis Domini- cis participasset, vñā cum Missa finiuit & vitā. Nihil hoc casu motus Lullus, obitus sui præ- nuncium naui secūm impositum, per Moganū in Heresfeldense cœnobium, prius à se extru- ^{Heresfeldense monasterium à quo exstructum.} stum, aduehens, honorificè sepelius. Vbi et- iam morbo protinus corruptus, Archiepisco- patus sui anno tricesimo secundo, placida mor- te in Domino defunctus est. Corpus ibidē posu-

R 3 tum,

Obitus s. tum, eximijs miraculis clarum, cum post sexagesimum annum ē terra leuaretur, eo membrorum omnium decore ac vestium quoque nitore inuentum est, vt illo ipso die expirasse, ac sopore potius, quam morte sepultus videatur.

VITA S. BERCHARII ABBATIS

Teste C. Ba-
ron. in Not.
ad Martyr.
Rom.

& Martyris: Ex Vincentij Speculo Historiali,
Libr. 24. cap. 114. & 115. Claruit anno Do-

mini 660.

16. Octob.

Venit in mo-
nasterio Lu-
xouensi.
S. Eustachij
vita habeatur
29. Martij.

Egregia Ber-
charij obedi-
entia magno
miraculo il-
lustratur,

stante, interim
potus in vasculum
suppositum
defluere non cessans, postquam ad superficiem
vasis peruenit, in modum columnæ superne
constipatum, in gyrum coronari cœpit. vlerò

cerneret illud liquamen,

quod vix clausum

valet contineri, in sublime tolli: ut liquidò

patesceret, quanta esset virtus obedientia, cu-

ius fructus nullo modo possit in terra depor-

re. At ille, quod acciderat, non suo, sed Abbatis

merito deputauit.

SANCTVS Bercharius, sub sancto Niuarido Rhemorum pontifice, moribus & sapientia imbutus, Luxouiente monasterium expetij: vbi sub Abbatे sancto Eustachio monasticam vitam duxit. Cum aut in cura promptuarij, rectoris nutu esset implicitus, quadam die subito iussu eius est vocatus. Forte ille tunc, ē vase, epistolium manu tenens, cerealem potum promebat. Mirum diētū: ad vnius iussionis nutum relictis, quæ habebat, in manibus, currat conceitus, ardore obedientia, amphorz custodiendæ oblitus. Illoque ante Abbatem stante, interim potus in vasculum suppositum defluere non cessans, postquam ad superficiem vasis peruenit, in modum columnæ superne constipatum, in gyrum coronari cœpit. vlerò cerneret illud liquamen, quod vix clausum valet contineri, in sublime tolli: ut liquidò patesceret, quanta esset virtus obedientia, cuius fructus nullo modo possit in terra deporre. At ille, quod acciderat, non suo, sed Abbatis merito deputauit.

Iam